Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 225

, 62.

" den der allmochtig got hat lassen leyden
" und wie freydenreich er In hie ergetzett
" hat das auch wir dapey pilde nemen und
" das wir vber unsern gepresten geduldig
" sein" &c: In fine additum: "Et sic est Vi,
" nis 2c anno domini 14 y nyº /1454. vel 1447
" 1424 vel 1404 / feria 2ª post festum Scti
" Michaelis."

3

B: Bartholomaei de Bragantiis Epitome de festis, & dominicis.

131b – 307b

B. Bartholomaei de Bragantiis Epitome, seu concisi Sermones de festis et domini, cis. Prologi initium est: "Augustino professionis mee legifero." In fine scrip, tum: "Explicit liber iste per manus Tho, me hofmulner civis in Weitra anno domini M cccc LVIIIº feria sexta ante festum Scti Michaleis. Plura de his Sermonibus dixi in Cod: LXXV.

Cod. CCXXV.

Carthac: 4. Saec: 15. 2 6.8.

1. Fol 1ª – 49ᵇ.

Humberti de Romanis liber de praedicatio, ne crucis.

Humberti de Romanis liber de praedica, tione crucis contra Saracenos. Praemisso capitum elencho conspicitur rubrica": In, cipit Tractatus venerabilis patris fratris Humberti quondam magistri Generalis de predicacione crucis Et primo instruccio quedam circa sequens opus." Operis initi, um est: "Ea que infra scripta sunt de per,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 225

, 63.

" ,tinentibus ad crucis predicacionem contra
" Saracenos." De eodem agit Auctif Scrip: O. P.
T: I. p: 146.

2. Fol: 49b – 51b

Urbani II Pp: Sermo habitus in Conc: Claremontano.

Urbani Pp: II. Sermo in concilio Claremonta
no, 1095 celebrato, habitus ad crucem contra
Saracenos sumendam. Rubrica notatur hac:
" Sermo Urbani pape in concilio Claremoten,
" si ad succurrendum terre sancte quando
" primo incepit crucis assumpcio secundum
" quod narrat Balterus Archiepiscopus do,
" lensis in historia quam scripsit de Antio,
" chie et Jerusalem." Sermo ipse inci,
,pit: " Audivimus fratres dilectissimi et
" audivistis quod sine profundis singultibus
" retractare nequaquam possumus." Extat
hic Sermo apud Harduin: Concil: Act: T: VI
Col: 1725, quem inter Schedas Vaticanæ
Biblioth: se reperisse fatetur.

3. Fol: 51b – 89a

Tractat: de passione Domini.

Tractatus de passione Domini. Inscrip,
,tio est: " Incipit titulus de passione Xti";
initium autem: " Titulus de passione
" Xti Et notandum quod sum̄um attracti,
" vum pietatis activumque caritatis alli,
" citivum divine bonitatis est passio Sal,
" vatoris. In fine nihil præter annum
" 1488.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 225

, 64.

4. Fol. 93a – 100a

Callisti III. Pp. Bulla &c. ao 1455.

Callisti III. Pp: Bulla de movendo in Turcas bello. Incipit: "Callistus &c: Ad Sumi pontificatus apicem disponente deo nuper assumpti." In fine: "Datum Rome aput Sctum petrum anno incarnacionis dominice 1455. Id' Maij pontificatus nostri anno primo." Continet simul bullam, quam Nicol: V. Callisti antecessor eandem ob causam edere constituit, et quæ incipit: "Etsi Ecclesia Dei per ipsum Unigenitum." Extant hæ in Bo. Raynaldi Annal: eccles: T: XVIII. p: 435.

Nicol: V.

Joañis Aichelberger excerpta ex bulla prædicta

Fol: 98. verso "Secuntur hujus bulle excerpta per Reverendum patrem Dominum Johannem Aÿchelberger officialem in Wienn. Sunt breves supradictæ bullæ declarationes.

Udalrici Ep: Pataviens: Mandatum de eodem bello.

Fol: 99. verso extat "Mandatum domini nostri graciosissimi domini Udalrici Episcopi pataviensis" ad Clerum decanatus Viennensis de publicanda et declaranda bulla Callisti. Incipit: "Udalricus &c Recepimus sepe iteratis vicibus literas." In fine: "Datum Wienn die decima octava Mensis Julii Anno ꝛc LVjto /1456./

Joañis Cardinal: Leg: Apost. triplex scriptum.

Fol: 100. Continetur triplex scriptum Joañis Cardinalis tit. S. Angeli Sedis apostol: Legati idem concernens negotium. Primum, datum Budæ ultima Mens. Maij 1456. mandat, ut fideles arma capessentes Legato resistant. Alterum /: Budæ 8 Jul: 1456./ eisdem plenariam indulgentiam peccatorum concedit. Tertium /: Budæ 18 Jul: 1456:/ singulis prædicatoribus præcipit, ut fideles ad militiam contra Turcas exhortentur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 225

, 65.

5. Fol: 100b–103a.

Callisti III. Pp. Bulla altera ao 1456.

Callisti III. Pp: Bulla, qua prescribuntur supplicationes publice, preces; jejunia &c: ad obtinendum in bello contra Turcas Dei auxilium. Inscriptio erronea est: dicit enim: "Bulla secunda sanctissimi domini pape Kalisti secundi." Incipit: "Calistus &c: Cum hys superioribus annis" &c: Datum Rome apud sctum petrum anno incarnacionis dominice 1456. 12 Kal: Julij pontificatus nostri anno secundo". Cetat in Raynaldi Annal: eccl: T: XVIII. p: 461.

6. Fol: 105a–205b.

Sermones de festis.

Sermones de festis Sanctorum, et B: V: Maria, absque ordine collecti, et variorum, prout videtur authorum. Primus de S: Jacobo incipit: "Juste vocatum est nomen ejus Jacob. Gen: 27. Notandum est."

7. Fol: 206a–222a.

Tractat: de thesauro ecclesiæ et indulgentiis.

Tractatus de thesauro ecclesiæ, et indulgentiis. Incipit: "videndum quid sit Thesaurus ecclesie secundum quantitatem et indulgencie &c:

Quæ deinceps ad finem usque sequuntur, sunt collectanea theologica moralia &c plerique mutila, et levis momenti.

222b–299b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 225

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27568

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)